





DE

BONORVM PVBLICATIONE  
IN SVPLIICIORVM CONSEQVENTIAM  
NEMESI CAROLINA SVBLATA.

295

AD INTERPRETANDVM

ART. CCXVIII. CONST. CRIM. CAROL.  
CONIECTVRA

VNA CVM

INDICE PRAELECTIONVM

PER SEMESTRE AESTIVVM HABENDARVM

PROPOSITA

A

NICOLAO GEORGIO BERNARDO  
DE LOEWENSTERN. D.



BVETZOVII cl3l3ccclxxvi.

1776,1

7

BONORVM PVBLCATIONE  
IN SVPPLEGIORVM CONSEVENTIAM  
MEMSI CAROLINA SVBLATA

AD INTERSTANDVM  
ART. GCKPHI CONST. CRIM. CAROL.  
CONIIC TVRA

INDICE PRAEFLECTIONVM  
TER SEMESTRE ASTIVVM HABENDARVM

PROPOSITA  
NICOLAIO GEORGIO BERNARDO  
DE LOEWENSTERN D.

BVETNOVII - cljcccxxxv



## §. I.

*Confiscationis in poenae capitalis consequentiam  
olim frequens vsus.*

**B**onorum publicatio tamen reliquis poenis propterea existat truculentior, quod liberos quoque immerentes ad societatem quasi paterni facinoris acerbe rapiat et eos paternae malitiae poenas iustae hereditatis dispendio dependere cogat; tantum tamen abfuit, ut eadem haec iusta consideratio superioribus temporibus in Germania locum ubique inuenerit, uti potius iudices, more quidem inueterato, aut iniquissimo innixi, flagranti solerent impetu bonorum ademptione aduersus reos eiusque heredes insonites debachari *a*), in tantum, ut, quem capitis damnarent, bonorum quoque publicatione, tamquam poenae capitalis perpetuo ac indissolubili comite, numquam non simul adficerent. Quae promissaque bonorum confiscatio, inter plurimos, quibus tum temporis Germania laborabat, naeuos, multifariam obseruata, eo certior atque notior est, quo frequentiora illius deprehenduntur in chartis monumentisque vndique collectis vestigia. Exemplum illustre prae aliis continet FRIDERICI ducis Austriaci confirmatio priuilegiorum ad S. Florianum de a. 1243, in qua *b*) haec habentur:

*a*) De vsu illius secundum leges anti- *ibid.* p. 629. Lib. IV, capit. tit. 24, l. c. quas vid. e. gr. L. Long. L. 2, tit. 8. c. 9. p. 780.

Cap. Ludou. apud BALVZIVM rom. 1. *b*) In Io. Per. de LVDEWIG reliqu. p. 312. Capit. Ludou. pii de a. 822, c. 6. *Mf. St. rom.* IV, p. 225.



bentur : *Quodsi apparentia latrocinii suae furti vel criminis, quot mort dicitur, vel aliud quodcumque genus maleficii, QVOD MORTEM EXIGIT MALEFACTORIS, in homine ecclesiae notorie deprehensum, quia huius iudicii executionem ordo ecclesiasticus sibi non vendicat nec assertebit, OMNI POSSESSIONE REI TAM MOBILI QVAM IMMOBILI ECCLESIAE ADIVDICATA, persona sola et nuda per eum, qui in defensione ecclesiae vices nostras sibi pro tempore gerit commissas, ad iudicium sanguinis offeratur omni tamen culpa, quae pecuniarias compositiones admittit, ecclesiae concessa nihilominus et indulta. Nec minus idem illud luculenter euincunt, quae subiungimus, iuris prouincialis Austriaci a. 1190. verba c) : Efs soll kein Landt-Richter auf keines Grafen Gueth, auf keines freyen Gueth, die zu Recht zu dem Landt gehören, es sey in vrbar, haben sye es verlyhen, so izz in Vogtey haben, haben nicht zu schaffen, ist aber auf den vorgenannten Gueth yemandt, DER DEN TODT VERDIENET HAT, den sol der Landtrichter an den Herrn vordern, AVF DAS GVETH ER GESESSEN IST, VND SOL IN DAVON GEWINNEN, als recht ist NACH GEWOHNHEIT DES LANDES, vndt soll DEM HERRN DAS GVETH LASSEN, vndt er VBER DEN MANN RICHTEN.*

## §. II.

*Vniuersalis tamen numquam fuit, sed in multis prouinciis contrarium obseruatum.*

Quae quamquam ita sint, non tamen possum a me impetrare, vt peruersum illud institutum aut iuri germanico veteri vniuersali, quamquam id placuisse videatur perillustri de PVFENDORF, a) adscribendum censeam,

c) §. 36. apud laudatum de LVDE.  
WIG I. c. p. 24.

a) ff. de iurisdic. germ. P. II. sect. II.  
c. 2. §. 12. p. 188. 194.





scam, aut etiam tantummodo, quae B. BOEHMERI *b*) plurimorumque sententia est, in *plerisque* iudiciis atque regionibus quondam obtinuisse existimem. Primum enim ipse *Imperator* CAROLVS V. morem istum perstringens, neque *generaliter* de vniuerso imperio loquitur, neque etiam illum in *plerisque* iudiciis aut locis regnare dicit, quin potius diserte de *nonnullis* tantum regionibus loquitur *c*): *Item an* ETLICHEN Orten. Deinde multa occurrunt diplomata et iurium codices istius aevi vndecumque congesti, in quibus luculenter contrarium statuitur, et mos ille vetus improbatur.

### §. III.

#### *Quod probatur ex iure prouinciali Alemannico.*

Apprime, ceu mihi quidem videtur, huc pertinet collectio mediæ aevi, quae *iuris Alemannici* s. *Sueuici* adpellatione venit, eiusque *caput CCXC.* utpote quod non solum hoc rubro distinctum: *Der mit der Hawt vergilt, der sol nit mer;* sed etiam in ipso nigro haec habet: *Wer von gerichtz wegen seinen leib verleuset die naechsten erben ERBENT SEIN GVT vnd DEM RICHTER SOL SEINS GVTZ NICHZ WERDEN wan von yenen gerichtet ist als recht was, hat er aber des clagers gutes ichtcs inn vnd ist da cze gegen, man sol es Im widergeben vnd hat er es vertan man sol es von dem DAZ ER GELASSEN HAT ezwiualt gelten, was yeman erbs zuuallet von Sippschaft das haiffet nit rechtes erbgut.* Quamquam enim Perill, de PVFENDORF eumque sequutus de BOEHMER haec verba non generaliter de bonis capitis damnati *quibuslibet*, sed restrictiue de bonis tantum *hereditariis* atque *auitis* interpretanda esse existimauerint; nequeo tamen, quin ingenue confitear, me nullam ad ita sentiendum idoneam perspicere

*b*) obseruat. ad Carprouium quaest. 134. obs. I.

*c*) *Const. crim. Carol. art. 218.*



spicere rationem, neque vim argumenti a *connexione* et *bonorum hereditariorum mentione* in fine facta petiti, me quidem adsequi. Non enim solum textus ille *generaliter* et absque vlla distinctione de *bonis damnati* loquitur; verum ipsa adeo *finalis clausula*, bonorum auitorum commemorationem interferens, contrarium luculentissime demonstrare, et docere videtur, in antecedentibus plane de bonis supplicium passu *non hereditariis* proprie tantum sermonem fuisse. Sensus nimirum huius loci mihi quidem hic esse videtur; Etsi ab aliquo propter crimen commissum supplicium sumatur, nihilominus bona, quae reliquerit, proximo heredi illius, *in vniuersum* cedere, nec *quidquam* de iis a iudicio occupari posse. Exceptionem vero regulae huius duplicem esse: alteram, si inter bona relicta res *inueniantur* adusatori surreptae, vtpote vero suo domino restituendae a); alteram, si res adusatori ablatae, amplius *non existent*, sed iam *consumtae* fuerint, quo quippe casu nihilominus duplex earum aestimatio ex *ipsis delinquentis bonis relictis* praestari deberet. Iam vero ad eximendam veluti obiectionem: *hereditariorum* bonorum naturam talismodi onus heredibus sibi que impositum non pati, neque ad praestanda defuncti facta absque ipsorum consensu suscepta hos vlla ratione teneri, posterioris exceptionis illustrandae causa disertae haec additur ratio: *den was yeman erbs zuuallet von sippenschaft* (vtpote de quo casu hic sermo est) *das haisset nit rechtes erbgvt*, manifesto, vt arbitror, indicio, in hoc loco de bonis *hereditariis* et *auitis* nihil dici, sed de iis, quae heredibus *non nisi ex solo successionis ordine a defuncto* relinquuntur, tantum sermonem et exceptionem subiectam intelligendam esse. Praeterea vir perillustis, hunc locum de bonis *acquisitis* et *non hereditariis*, vel certe *quibuscumque* a reo relictis, interpretari, potissimum forte ea de causa dubitauit, quod ius illud Alemannicum iuris *vniuersalis germanici* compilationem comprehendere aliquam, propterea que sensum a tot aliis monumentis et iurium codicibus alienum

a) Conf. *Ius pron. Allem.* cap. 217.





alienum, habere non potuisse, arbitratus fuerit. Quod tamen, quam sit a veritate alienum, iam dudum a viris doctis copiose et luculentissime est demonstratum.

## §. IV.

*Nec non ex chartis mediæ ævi.*

Sunt tamen etiam præter illud, multa alia in chartis legibusque antiquioribus argumenta huius rei occurrentia, quibus testimonium denunciare facillimo licet negotio. Ita in charta de a. 1302, quam *Reuerendiss. HONTHEMIVS a)* exhibet, *malefactor de malefacto, quod mortem posulat* — — *legitime accusatus* IUDICIO QUIDEM SANGVINIS *iuxta iustitiam subiici, RES illius vero LEGITIMIS HEREDIBVS RELINQVI DEBERE* dicitur. Aliud exemplum continent antiquissimæ *leges municipales Celleses b)*, in quibus sequentem in modum disponitur: *En man mach wol SINEN HALS VORWERCKEN, unde nicht finer er-ven anwardinghe, NOCH SINGOT.* Similis fere huic est dispositio, quæ in vetere iure statuario *Goslariensi* his verbis occurrit c): *Wert en man geschuldiget umme diue, he VERLVSET DEN HALS, unde NICHT SIN GVD.* Nec non ea, quæ tam in vetustissimis *statutis ciuitatis Lippe*, tum in *confirmatione privilegii* eiusdem ciuitatis habetur. In prioribus enim ita statuitur d): *Quartum est, si cuius conciuem occiderit, et si deprehensus fuerit secundum quod iustum est, ius dicatur, sed si DOMVM VEL RES ALIAS habuerit, NON IUDICANTVR, sed cedunt suis heredibus.* Id, quod totidem verbis in *confirmatione* laudata repetitur e). Ex quibus

a) Io. Nic. ab HONTHEIM *historia apud. LEIBNITIVM l. c. tom. II. p. 499.*  
*Treurenfi diptom. tom. II. p. 627.* d) art. 6. in *Frid. Es. PVFENDORFII*  
 b) Art. XXI. apud *Guil. Gort. de obseru. iur. tom. III. app. p. 407.*  
 LEIBNITZ *rer. Brunf. tom. III. p. 484.* e) apud, *PVFENDORFIVM l. c.*  
 c) *Lib. II, tit. von Duve art. 237. P. 409.*



omnibus aliisque pluribus, quae addi poterant, testimoniis f), morem illum antiquum, quo, *nullo plane discrimine seruato*, eum, cui supplicium capitis constituerant, cum vita simul quoque bonis omnibus denudarent, ne in *plerisque* quidem iudiciis atque regionibus olim obtinuisset, multo minus *uniuersalem* in Germania fuisse, luculenter satis intelligitur.

## §. V.

*Qua ratione olim mos ille obseruatus?*

Ad exercitium vero promiscuae confiscationis in suppliciorum con-  
sequentiam, in locis, ubi ea olim obtinuit, quod atinet, obseruandum  
est I. eam propterea, quod tamquam adaccessorium et adnexum poenarum  
et sententiarum capitalium, in omni casu simul cum ultimo supplicio in-  
fligebatur, *plerumque* quidem, nequam vero *semper* atque *neccessario* ab  
eodem, cui iurisdictio criminalis competebat, et qui capitalem poenam  
praecedente cognitione decretam irrogauerat, iudice fuisse exercitam. a)  
Intelligitur hoc vel ex solo, quem superius recensui, *iuris Austriaci* loco  
(§. I.); quemadmodum illud ex omni antiquitate constat. Frequentius  
prae aliis hoc in illis conspicuum est exemplis, ubi personae ad ecclesiam  
et vniuersitatem ecclesiasticam aliquam pertinentes crimen morte expian-  
dum commiserant. Cum enim sententias, per quas sanguis effunditur,  
membrorum truncatio aut mors secularis sequitur, proferre et exequi, per-  
sonis ecclesiasticis inque ordinibus sacris constitutis iure canonum haud per-  
mitteretur; b) factum inde est, vt in talismodi casibus *iudicium* quidem

san-

f) *Capitul. Caroli M. Lib. III. c. 47. Valent. Ferd. de GVDENVS cod. diplom. rom. IV. p. 152. HVNDIVS metrop. Sa- lisb. rom. I. p. 29.*

a) Existimauit tamen *Melch. GOLDASTVS von der Confiscation der Zan-*

*bergüter* p. 130. regulam, quam in Gallia aliisque regnis exteris obtinere tradunt: *qui confisque le corps corfs que les biens in Germania quoque olim frequentasse. b) c. s. X. ne clerici vel mon. Conf. Zeg.*



*sanguinis iudicio seculari vacaret, bonorum vero publicatio ecclesiae referuaretur et hac ergo ratione poena capitalis a seculari, confiscatio bonorum autem a iudice ecclesiastico damnatis irrogaretur.* Inter alia, quorum adlegatione libenter superfedeo, testimonia, charta FRIDERICI ducis Austriae de a. 1243 quam supra (§. I.) ex LVDEWIGIO exhibui, hoc quoque abunde confit, quare, vt pluribus id demonstramus, in tanta monumentorum copia nihil omnino attinet. Deinde II. notandum etiam est: confiscationem illam non ita austere fuisse exercitam, vti bona *quaecumque* eidem submissa fuerint, sed restrictam tantum ad bona rei *propria* et liberae illius dispositioni subiecta, *feodalibus, hereditariis et dominicis* adgnatis dominisue libere relictis. Leges antiquissimae *Cellenfes*, quarum verba superius (§. IV.) recitavi, diserte aiunt: *en mach wol sinen hals vorwercken, unde NICHT SINDER ERVEN ANWARDINGHE.* Idemque in aliis similiter statuitur legibus ac chartis. In primis quoque hoc agnitum videtur in *iure prouinciali Saxonico Lib. II. art. 31.* cuius ex versione CL. GAERTNERI haec verba sunt: *Wer von Gerichts wegen seinen Leib verlieret, oder sich selbst um das Leben bringet, DESSEN NAECHSTER ANVERWANDTER NIMT SEIN ERBE. Niemand kan eines andern Mannes Gut, das er in Besitz hat, verwircken, ob er wohl seinen Leib verwirckt.* Nisi quidem haec quoque verba de bonis *quibuscumque* a reo relictis, eadem ratione, qua ius Alemannicum supra (§. III.) expositum, fortean intelligantur, c) Certe enim vox *Erbe* saepenumero generalis est, quodcumque bonum *nexu feodali solutum* significans, cuius adeo non minus res acquisitae, quam a primo acquirente in posteros translatae siue auitae, species sunt. Nolui tamen hunc quoque locum in meas partes vocare, tum

propte-

Zeg. Bern. ab ESPEN iur. eccles. Part. II. tit. 10. c. 4. §. 5. Clv. NETTEL-STEIN abhandl. des Lübsch, Rechts BLADT de ecclesia sanguinem non siccante. L. 4. tit. 9. §. 415. tom. III. p. 616.

B



propterea, quod denominatione *Erbe*, in sensu *strictiori* eoque solemniori, non nisi res *avitae* atque *hereditariae*, utpote quarum devolutio *condominio* successorum, quo ipsa vox *erbe* collimat, nititur, designari soleant, *d*) tum etiam, ne sententiae qualicumque argumentis anxie conquisitis suppetias parare viderer.

## §. VI.

*Dispositio iuris Carolini, qua sublatus est.*

Iam, quum pruritus ille confiscandi in foris Germaniae frequens, aequitati atque rationi quam maxime repugnaret, inter reliquos, quos meritiſſimo notavit, abusus, etiam hunc morem insanum in nemesi sua funditus damnavit et sustulit *Imperator CAROLVS V.* Locus, ubi hoc fecit, est *Articulus CCXVIII. Const. crim.*, in quo, uti vel inscriptio illius significat, varios iudiciorum criminalium abusus proſtigat, cuius, quae ad rem, qua de in praesenti agimus, pertinent, haec quidem iuxta meliores atque antiquiores editiones verba sunt: *Item an etlichen Orten, so eyn vbelthetter aufferhalb des lasters Vnser beleidigten Majestet, oder sunst in anderen Fellen so der vbeltheter leib vnnd gut nit verwirckt vom leben zum todt gestrafft, werden weib vnd kinder an bettelstab, vnnd das gut dem Herren zugewiesen. Vnd die vnnd dergleichen gewonheit, wollen wir, das eyn yede oberkeit abschaffen vnnd daran seyn soll, das sie hinfürther nit geübt, gebraucht oder gehalten werden.* Nondum cogitatum erat de his abusibus tollendis in *exemplo de a. 1521*, quare quoque in eo locus descriptus plane deficit, eadem ratione, qua in *constitutione crim. Bambergenſi*

*d*) Diploma *LVDOVICI* apud *BALV-* als der wahre Grund der Erbfolge. *Iac.*  
*ZIVM* cap. reg. Franc. tom. II. p. 144. *Wern. KYLLINGER* de ganerbiis ca-  
nec non charta a. 1127. apud *Ant. DO-* strorum p. 6. III. Car. Frid. *WALCH*  
*MINIVM* de praerog. allod. p. 13, de *condominio successions fundamentum in*  
*Io. Iac. REINHARD* die Gemeinschaft *Germania,*



gensi desideratur, quin in *utroque* morem istum iniquum diferte retentum esse et confirmatum, locus de propicio euincit. a) Infertus autem est ille proiecto a. 1529 in comitis Spirensibus tum habitis proposito, indeque in constitutionem criminalem publice promulgatam deriuatus.

## §. VII.

### *Illius ambiguitas.*

Iam quamquam certum omnino sit, Imperatorem hic morem periniquum confiscationis bonorum in suppliciorum consequentiam damnasse; mentem tamen suam ita perplexe, ita ad umbratim proposuisse dicitur in hoc loco, uti eo non facile alius in vniuersa nemesi cernatur obscurior. Cuius obscuritatis causa potissimum in verbis: *oder sunst in anderen sellen so der vbelthetter leib vnd gut nit verwirckt*, continetur, tum, quod illa cum reliquis nullo plane modo cohaerere, sed, si ad haec referantur, mirabilem perplexitatem atque contradictionem inuoluere videantur, tum, quod ipsam propter hanc causam, ex illis haud ita certum sit, quin plane non constet: vtrum laesae maiestatis crimen *unicum* inter crimina capitalia a regula

a) Etenim in *Const. crim. Bamb. art. art. 135* non multum aliter verba sonant: CLX ita disponitur: *Item wenn eyn Item wan jemande beklagt vnd inn recht man beclagt, vnd in recht gefordert, dadurch so er überwunden den todt verwegen, so er der überwunden sein leib schuldt, oder aus forcht seiner Mißhandlung sich erdröt, der sol nit erben haben, oder gut verwirckt hette, vnd aus forcht solcher verschulter Straff sich Quae tamen toridem verba miror in Nemesin Brandeburgicam de a. 1582, uti nit sebig oder emphenglich, sondern solch pote multos post *const. carolinam* annos erb vnd güter der oberkeyt — — beim recusam, *art. CLXII*, iterum esse transgeschallen sein. scripta. In proiecto autem de a. 1521.*



a regula confiscationis bonorum delinquentis promiscuae usum eliminante, exceptum sit, an praeter illud alia ad exceptionem hanc ab Imperatore relata fuerint. Quae quum ita se habeant, non multam sane mouebit admirationem, idem huic loco euenisse, quod tot iuris ciuilibus capita experta sunt, quod scilicet multos inuenerit tum defensores, tum reprehensores atque emendatores, quorum tamen omnium post labores *tam perplexos*, vir summus BOEHMERVS, a) *scripsisse legislatorem nostrum* pronunciat, *ut secundum constructionem verborum regulae interpretandi omne officium perdere videantur, et licet ICTi varia effugia passim effinxerint, neminem tamen hactenus fuisse, cuius medicina constructio verborum saluari potuerit.*

### §. VIII.

#### *Variae interpretum sententiae breuiter expenduntur.*

Omnium de aecipiti hoc loco rimari sententias vberiusque percontari, vix attinet, praesertim, quum plurimas laudatissimus BOEHMERVS iam recensuit limatoque iudicio persequutus est suo, ad quem lectorem ablegamus. Iuuat tamen de nonnullis, quae aut potiores aut recentiores aliis videntur, nonnulla, breuiter tamen, disserere. Inter eos, qui *lectionem* textus retinent, alii verba ista tenebrosa *oder sunst in andern fellen* de criminibus *non capitalibus*, in quibus olim bona fisco vindicata fuerint, intelligunt, a) vt sensus sit: in criminibus morte luendis, nisi aut 1) crimen maiestatis, vtpote ex ipsa lege publica Imperii morte et bonorum dispendio simul expiandum, aut 2) crimen non capitali poena coercendum, commissum fuerit, publicationem bonorum in posterum profus cessaturam; alii vero cum LYNCKERO b) in hoc loco inter crimina *capitalia* solum

ma-

a) *Medit. ad const. Carol. crim. art.*  
218. §. 2, p. 947.

a) Vcluti Io. Frid. RHETIVS *instr. iur. publ. Lib. II, tit. 21, §. 4.*

b) *Responsē; LXXIX.*



maiestatis crimen arbitrantur esse exceptum, in quo vna cum supplicio capitalis simul bonorum ademptio locum habitura sit, eumque in finem, particulam *oder* copulatiue, hunc quidem in sensum adcipiunt, vt secundum Imperatoris intentionem, in criminibus poena capitali luendis, *praeterquam in solo maiestatis crimine ET ita* (per consequentiam nimirum) *in aliis criminibus, ubi delinquens cum capite bona sua ex lege non perdat*, confiscatio bonorum amplius locum non habere debeat. *Prior* quidem nullo modo defendi potest, tum, quia in hoc loco non nisi de criminibus *capitalibus* sermo, et, horum intuitu regula, de bonorum publicatione non amplius vsurpanda, proposita sit, ad quam exceptionem a criminibus *non capitalibus* desumptam referre, admodum ficulneum fuisset, siquidem ea in nullo plane [cum regula] nexu est; tum, quoniam confiscatio in *quouis* crimine non capitali *generaliter* numquam obtinuit, in nonnullis vero iure *speciali* suscepta, pro abusu haberi non poterat. Ad *posteriorem* autem quod attinet, ea propterea minus videtur probabilis, quod in hypothesis illa, quam similibus in locis constitutionis nostrae, multis pariter placuisse, in vulgus notum est, quasi nempe particula *oder* hic *copulatiue* adcipiatur, vnice fundata est.

## §. IX.

*Conatus eorum, qui emendationem tentarunt.*

Longe audaciores eorum conatus sunt, qui non magis potuerunt in hoc, quam alii in tot pandectarum locis, sibi temperare, quo minus vsserint, fecerint criticamque in lectionem huius textus falcem immiserint. Sunt tamen etiam illi non vnus modi, sed diuersi mode tentati. Alii, vt *CARPZOVIVS a)* eiusque sectatores particulam *oder* delent, vt scilicet *unicum*

a) in *praxi rerum crimin. quaest.* 135. n. 30.





*unicum* crimina inter capitalia sit maiestatis crimen exceptum, ubi confiscatio admitteretur. Alii, uti MARTINI *b)* hanc vocem quidem retinent, sed vocabulum *nit* deleri iubent. Alii denique eandem particulam *nit* in *mit* transfigurandam et mutandam censent. Utraque prior, et in primis CARPZOVII sententia paucissimorum suffragia promeruit, posterior contra multorum, quin imo plerorumque fere calculum et inter alios Melch. GOLDASTVM, *c)* Io. Nic. HERTIVM, *d)* Io. Paul. KRESSIVM, *e)* atque Io. Sam. Frid. de BOEHMER *f)* defensores nacta est. Enimvero, quae duabus prioribus, eadem tertiae quoque obstant. Quemadmodum enim chirurgicam adhibere manum non, nisi in re desperata, et ubi regulae interpretandi officium penitus perdunt certumque est, librariorum vitio lectionem esse deprauatam, interpreti licet; ita quoque non modo *exemplum Spirense de a. 1529*, cui primum hic articulus insertus est, (§. VI.) communes lectiones *nit* et *oder* seruat; verum quotquot etiam, habentur, *Constitutionis Carolinae editiones* antiquiores atque meliores sub ipsius Imperatoris auspiciis et auctoritate prodeunt, quales, praeter eas, quae a. 1534. 1535. 1536. 1537. et 1538. tum Moguntiae, tum Coloniae prodierunt, in primis sunt, quae *Perill. KOCHIVS* atque *B. de BOEHMER* publici iuris fecerunt, eandem lectionem vulgarem tuentur, certissimo argumento, *utramque* particulam *authenticam*, minime vero ab *aliena manu* esse interpolatam. Quare nulli plane trium harum sententiarum equidem adsentior, quia vno omnes et aequali iudicio condemno,

## §. X.

*Interpunctio a perill. Kochio nuper proposita.*

Quo minus itaque haec conamina, propter vim manifestamquam textui inferunt, adprobare possum eo magis laudanda est sententia, quam non  
ita

*b)* *iurispr. crim. ad art. 218 C. C. C.*      *e)* *comment. in C. C. C. art. 218. §. 2. p. 330.*

*c)* *cit. tract. p. 132.*

*3. not. 2. p. 798.*

*d)* *de superioritate territoriali p. 291.*      *f)* *ad Carpzonium quaest. 135. obj. III.*





ita pridem doctissime proposuit et pro more suo, hoc est elegantissime, explicuit vir Perillustris *Io. Christoph. KOCHIVS a)*, academiae Gieffensis ornamentum. Quanta enim est elegantia, qua nititur, tanta quoque est modestia, qua a prioribus longe distat. Redit nimirum ea tantum ad recte constituendam mutandamve *interpunctionem*, utpote quae in plerisque, quae exstant, editionibus, temere statuta deprehenditur. Scilicet, verba: *so eyn vbeltheter aufferhalb des lasters vnser beleidigten Majestet* nulla interpunctione distingui, post vocem vero *fellen* virgulam addi debere, ita, ut sequentia verba: *so der vbeltheter leib vnd gut nit verwirckt*, nullo a reliquis commate distinguenda, a prioribus *oder sunst in andern fellen* distincta maneant, eaque ratione hunc quidem loci vexatissimi sensum esse censet: consuetudinem, qua bona capite damnati, si illi simul cum ademtionem vitae bonorum dispendium lege nulla impositum, publicantur, praeterquam **1**) in crimine incieslatis aut **2**) praeter illud aliis in casibus (scilicet lege aliqua speciatim notatis) illicitam esse. Sic vero verba: *so der vbeltheter leib vnd gut nit verwirckt, vom leben zum todt gestrafft* regulam; anteriora autem: *so eyn vbeltheter aufferhalb des lasters vnser beleidigten Majestet oder sunst in andern fellen* exceptiones duas indicare arbitratur, cum tamen interpretes tantum non omnes verba *so der vbeltheter leib vnd gut nit verwirckt* hactenus ad alteram retulerunt exceptionem et cum verbis *oder sunst in andern fellen* coniunxerunt.

### §. XI.

*Illius aduersus Boehmeri dubia quaedam defensio.*

Veruntamen varia sunt, quae contra hanc *KOCHII* sententiam disputavit, vir dum vita manebat perillustris atque celeberrimus *Io. Sam. Frid.*

a) in praef. ad editionem const. crim. Caroli V de a. 1533, §. 9. p. 44. 522.



*Frid. de BOEHMER a)* Tametsi enim, ut ipse ait, ipsam, quam KOCHIVS Caesari tribuit, sententiam in se haut impugnauerit; eam tamen, saluis regulis interpretandi *ex textu elici non posse* contendit, cum circa alteram exceptionem eique infertam particulam negatiuam *nit* semper aqua haereret. Enimuero, quae monuit, maximam partem non adeo magni sunt momenti. Quod enim ait, ab interpunctione non multum solatii sperari posse, quam diu particula *nit* saluari non posset, id quidem, nisi maxime fallor, insigniter circulum sapit, tum, quod particulam *nit* saluari non posse, omnino dici nequeat, tum, quod *interpunctione recte constituta*, omnino de idoneo textus sensu constare ratus fuerit Perill. KOCHIVS. Quae autem addit, hac ratione Imperatorem contra speciem disputasse, quae sua natura obiectum litis esse non posset, nisi supponere velimus, de quo tamen non constaret, iudices etiam in *non capitalibus* reos *confiscationis causa* ad mortem damnasse, ea profecto ita perplexa, ita incomposita sunt, ut hic quidem nihil plane ad Rhombum pertinere videantur. Quum enim in praesentia de eo plane non agatur, vtrum Imperator intuitu criminum *non capitalium* de confiscatione aliquid definiuerit, nec etiam Perill. KOCHIVS de eo quidquam disputauerit, nedum Imperatorem in hoc loco abusum confiscationis in criminibus *non capitalibus* coercuisse adfirmauerit, quin de eo potius tantummodo omnis ipsi versetur disputatio: quomodo abusum confiscationis *in capitalibus* sustulerit; luculentissime patet, BOEHMERVM speciem, quae in quaestione est, mirum in modum mutasse et ita tale quid refellere, de quo ne *χρῆ* quidem KOCHIVM scripsisse sola verborum ipsius inspectio quemlibet certissime docebit. Quae insignis quidem litis immutatio maiorem moueret admirationem, nisi ex ipsa recensione, qua KOCHIVM hanc sententiam nutrire refert: secundum Imperatoris voluntatem *irrationalem et dammandam esse consuetudinem confiscationis in*

NON

a) In *medit. ad C.C. C. art. 218. §. 5. p. 350. f.*



NON CAPITALIBVS, *quoties ea in legibus nominatim non comprobata*, certo constaret, ipsum verba KOCHII non nisi per transennam inspexisse, hinc veram illius mentem nullo modo perspexisse. Equidem verbum non librariorum irrepsisse vitio, initio existimabam, ast dictum, quod addidit, argumentum aliud omnino euincit. Quando autem porro ad sensum huius legis quodammodo eruendum, plus esse, contendit, in *situ verborum*, quam in *interpunctione*; recte omnino pro se adlegare poterat V. C. KOCHIVS, quod, suffragante OLDEKOPPIO *b)*, Carolina magis valeat *rerum pondere*, quam *verborum disceptatione*. Neque denique magis aduersus KOCHII sententiam facit, quod verba *oder sunst in andern fellen*, detracta demonstratione *so der vbeltheter leib und gut nit verwirckt* eaque ad *regulam* relata, sensum nullum habere dixerit; quasi vero eiusmodi dictiones imperfectae atque abbreviatae adeo sint inusitatae in hac nemesi et insolentes, vt hic primum illae demum adparerant. Sane enim, cum *regula* determinationem illam *so der Thetter leib und gut nit verwirckt* iam ipsa comprehendat, de *sensu* horum verborum, vtpote, ipso BOEHMERO iudice, *exceptionem* indicantium, ambiguitas nulla remanere poterat, siquidem is alius esse non posset, quam *regulae contrarius*, quale quid in prima quoque, quam dixit, *exceptione* conspicuum est.

## §. XII.

*Alia interpungendi ratio proponitur.*

Quodsi tamen aliquid, hoc vnicum forte ex iis, quae sententiae atque interpunctioni KOCHII obiecit BOEHMERVS veri aliquam speciem habet, quod hac ratione et si, vti viro praestantissimo placuit, verba *leib und*

*b) obseruat. crim. pract. tit. I. obs. 1. n. 13.*



und gut nit verwirckt ad regulam referantur et a verbis oder sunst in andern sellen fecernantur; non possit non contorta inde propositio et inepta subiecti geminatio oriri: so eyn vbeltheter — so der vbeltheter. Verum enimvero, sicuti certum omnino sit, in Carolina hac nemesi, prouti paullo ante iam monitum, magis ad *sensum*, quam ad *verba* vbique respexisse Imperatorem, neque in illa connexiones verborum incōcinnas et incomitas, perplexasque eorumdem adcountulationes res esse adeo phoenicerarias, vt magnam in admirationem agere possit tautologia, a qua ne ipsi quidem legum Romanarum conditores satis vbique sibi cauerunt a); ita quoque is facillime quidem dimoueri posset scrupulus, si modo paullo aliter *interpunctionem* constituere luberet. Quid enim, si verba *so eyn vbeltheter* cōmmate a sequentibus dislinguerentur, deinde vero verba tum insequentia: *aufferhalb des lasters vnser beleidigten Majestet oder sunst* uno veluti spiritu et, vt ipse celeberrimus KOCHIVS iam obseruauit, nulla distinctionis nota interiecta legerentur, et tunc virgula, quam KOCHIVS post verba *in andern sellen* poni iussit, ante illa, ideoque immediate post vculam *sunst* collocaretur, eaque adscripta, propositio *aufferhalb des lasters vnser beleidigten Majestet oder sunst*, a sequentibus veluti per modum *parenthesos* plane fecernerentur, ita quidem, vt verba insequentia cum allegatis *so ein vbeltheter* connecterentur, hac quidem ratione: *Item an etlichen Orten: so eyn vbeltheter, aufferhalb des lasters vnser beleidigten Majestet oder sunst, in anderen sellen so der vbeltheter leib und gut nit verwirckt, vom leben zum todt gestraft, werden weib und kinder an bettelstabe vnnnd das gut dem herrn zugewisen?* Certe enim hac quidem ratione, omnis, vt opinor, difficultas ante memorata in fumum abit. Ita enim verba *so der vbeltheter leib und gut nit verwirckt*, quod voluit BOEHMERVS, omnino in nexu immediato cum antecedentibus *in andern sellen* manent, nec, quod ille in KOCHII interpunctione culpat, cum priori subiecti

a) Conf. praeter alios H. G. van VRYHOFF *obs. iur. ciu. cap. I.*



subiecti commemoratione *so ein ubelthetter* combinantur. Quemadmodum vero verba: *so ein ubelthetter, in andern fellen, wo der ubelthetter leib und gut nit verwirckt, vom leben zum todt gestraft*, regulam, verba autem: *aufferhalb des lasters vnser beleidigten Majestet oder sunst*, duas exceptiones, quarum tamen altera *specialis* altera *generalis* est, hac ratione comprehendant; ita quoque dictio *oder sunst* plenum sensum habet, cum ea, praesertim, si ad determinationem speciei regula iam comprehensam respiciatur, idem plane indicare videtur, quod apud nos aliquis ita forte expressisset loquacior: *oder etwa sonst in aehnlichen fellen*, wo ebenfalls, wie in dem crimine laesae maiestatis mit der poena capitali die Einziehung der güter durch Gesetze verbunden worden. Neque dubitationem iniicit, vocabulum *andern*, verbis in *andern fellen* ad regulam relatis, ad hanc et ad initium orationis, vbi nulla praecedunt, hoc modo male conuenire. Quod si enim Imperator, vt vulgus facere solet, ipsam exceptionibus praeposuisse regulam et ab ea orationem suam de promiscua bonorum publicatione tollenda exorsus fuisset, absurda omnino quidem fuisset dictio *in andern*; iam vero cum regulae, vt recte monuit perill. KOCHIVS exceptiones *praemittit a)* vel potius intersperfit, haec dictio *andern* ad casus exceptionibus comprehensos, vt pote *ante regulam nominatos* omnino se referre poterat.

## §. XIII.

*Melior huius loci interpretatio tentatur.*

Verum enimvero re paullo penitius circumspecta, hae curae in interpunctione curatius definienda collocatae vix quidem opus; certe ad verum legis sensum eritendum haudquaquam sufficientes videntur. Quamquam enim nescius omnino haud sum, multum in recta interpunctione legis situm esse

a) l. c. p. 49.



esse et praesentem in primis locum in multis huius constitutionis editionibus pessime omnino esse interpunctum; sola tamen huius emendatione sensui et lectioni legis laboranti nondum subuentum est. Quid, quod interpretationes huic artificio superstructae, si modo recte teneo, ad vnam omnes ab Imperatoris mente abscedunt. Etenim alius mediante interpretatione ab interpunctione petita non eruitur huius legis sensus, quam quem tantum non omnes eidem lucusque attribuerunt, dum scilicet particulam *nit*, nisi eam plane deleri constituerint, certe tamen in *nit* mutandam censent (§. IX.) Quem enim ad modum hi omnes ita volunt Imperatorem intelligi, vt regulam hanc scripserit: consuetudinem, qua in reos capitales ademptione bonorum *lege nulla cum supplicio coniuncta* debacharentur, in posterum penitus esse intermittendam; ab hac autem duas iterum notauerit exceptiones, quarum altera *crimen maiestatis*, altera vero casus alios spectaret, in quibus *lege aliqua speciatim cum capitali sententia bonorum delinquentis publicatio coniuncta esset*; ita etiam omnis, quae interpunctione nititur, interpretatio, in eandem plane sententiam concedit, (§. IX, XII.) Hunc vero sensum non genuinum, sed spurium esse, equidem facile mihi persuadeo. Quum enim ipsa *regula*, quam *Imperatorem* hic proposuisse adfirmant, hanc circumstantiam: *si cum supplicio capitis bonorum confiscatio lege speciatim coniuncta non sit* diserte in se capiat, adeoque duae, quas aiunt, *exceptiones*, vt pote a modo dicta circumstantia vnice depromptae atque deductae, in ipsa regula iam contineantur; sequeretur, optimum Imperatorem ex *circumstantia ipsa regula omnino iam comprehensa*, exceptiones quasdam excudisse. Quod vero quam temerarium atque lepidum fuisset, nemo non intelliget. Sane non minorem illud meritum esset reprehensionem, quam si quis regulae in L. 23. D. de R. V. traditae, quod nempe rei vindicatio illi non detur, qui rei dominio destitutus est, exceptionem subiecisset hanc: *nisi quidem dominus sit*, aut, si quis regulam illam, mulier taceat in ecclesia, hac exceptione: *nisi fortean sit masculus*  
infulse



infulse limitaret. Aut itaque CAROLVS Imperator huius fatuitatis audacter infimulandus, aut etiam interpretes, qui ipsi sententiam atque mentem illam adfinxerunt, errasse dicendi sunt. Prius defendenti lepidasque Imperatori has nugas vindicanti equidem constanter reclamarem. Quae igitur cum ita sint, in vera huius loci interpretatione indaganda, a cogitatione illa: quasi certam *regulam* et deinde *exceptiones quasdam* proposuisset Imperator, quam praeterea ne stilus quidem, utpote *historicus*, admittit, penitus abstinendum est.

## §. XIV.

*Quem in finem nonnulla argumenta praemittuntur.*

Nihilo vero minus dubiae sanitatis hunc locum esse aut ita perplexam verborum constructionem, ut saluari nullo modo possit, ego non existimo, qui potius consideratione paullo exquisitiori impensa, mentem eorundem commode et absque labore intelligi posse, persuasum mihi habeo. Primum scilicet ad facilius interpretandum difficillimum hunc locum obseruandum est: Imperatorem crimina, in quibus supplicio bonorum confiscatio adhaerere debeat, determinandi et indicandi, animum in hoc quidem loco minime induxisse, sed potius eo tantum tamquam ad scopum vnice collineasse, ut in illis casibus, ubi cum poena capitali confiscatio lege non coniuncta esset, abusum confiscationis interdiceret, adeoque ipsum casus, in quibus ipsa lege cum supplicio confiscatio connexa sit, aliunde praesupposuisse. Deinde II. notandum est, Imperatorem, sicut inconstitutione criminali vniuersa, ita etiam in primis in hoc loco, non tam ad id, quod legibus Germanicarum prouinciarum particularibus et specialibus conuenit aut constitutum sit, sed principaliter tantum ad leges atque constitutiones Imperii vniuersales, quas ipse aut antecessores sui sanctionibus augustalibus publice statuerant, respectum habuisse. Quo obser-



obseruato, vterius III. animaduertendum est, *aeuo Imperatoris CAROLI V. et tempore constitutionis criminalis conditae*, praeter *unicum maiestatis crimen*, alia nondum fuisse crimina capitalia, in quae bonorum dispendium lege quadam Imperii publica fuisset constitutum a). Quamquam enim maiestatis crimine omnino *plura* legibus Imperii Carolina nemel recentioribus bonorum publicationi submissa sint crimina capitalia b), illas tamen, ceu *recentiores* huc minime pertinere, facillime intelligitur. Pariter IV. Imperatorem in ipso, quo de nostra praefens est disputatio, constitutionis criminalis loco, aliud praeter *solam maiestatis violationem*, crimen capitale, quod bonorum dispendio simul subiectum esset, explicite quidem atque *nominatim* nullum indicasse, vel sola huius loci inspectio docet et ipsi etiam fatentur, qui vulgari sententiae fauent, et, praeter maiestatis crimen, *alia* adhuc crimina capitalia ab Imperatore excepta esse existimant. E contrario V. verosimile omnino non est, eundem verbis illis; *oder sunst in andern fellen, so der vbeltheter leib und gut nit verwirkt*, certa nonnulla crimina capitalia, quibus cum supplicio capitis bonorum ademptio immineret, animo sibi concepisse aut instituisse. Non propterea tantum, quod hac ratione particula *nit* in omnibus, quae exstant, iisque adeo authenticis editionibus expressa, temeraria foret litura extinguenda, quod sane facinus ab omni abhorret probabilitate (§. IX.); sed hanc quoque ob causam, quod, si talia indicare ipsi animus fuisset, ipsos casus *nominatim*

a) Quid quod ipsis legibus moribus- zivm tom. I. p. 101. itidem disponitur; que antiquis passim confiscatio bonorum ut nullus Baiuarius alodem aut vicem discrete ad laesam maiestatem inter crimina capitalia restricta fuit. Antiquissimis sine capitali crimine perdat, id est, si aut in mortem ducis consiliatus fuerit, nempe temporibus apud Francos id obtinuisse, fide GREGORII THYRONENSIS aut ciuitatem capere ab extraneis machinauerit. atque AIMONII docet Io. Nic. HER- b) Quo pertinent FERDINANDI TIVS noztia rer. Franc. p. 429. In L. Imp. Münzediict de a. 1559. §. 161 sqq. et Baiuuarior. tit. 2. c. 1. l. 3. apud BALV. R. I. de a. 1570. §. 128.





*minatim* describere et singula, in quibus exceptio tenenda esset, crimina capitalia *specialiter* recensere omnino necesse fuisse. Quod cum non fecerit, non minus inutile, quam prorsus ficulneum fuisse consilium, casus talismodi exceptos sub generali illa et aenigmatica prorsus formula, quam ne sagacissimo quidem in coniecturis ariolari datum esset, recondere. Certe, quum verbis illis *oder sunst in andern fellen* cet. ad *exceptionem* relatis, regula ipsa determinationem illam: *si delinquens ex legum praescripto cum vita bonis simul priuandus non sit*, hac ratione non contineat, facilius forte hic adplicationem inueniret, quod minus feliciter celeberrimo KOCHIO opposuit BOEHMERVS, scilicet: verba illa *sensum nullum habere*. Ex quo tandem VI. consequitur: Imperatorem in hoc loco a regula ista, de confiscatione in suppliciorum consequentiam non amplius trahenda, non nisi *solum* maiestatis laesionem, tamquam crimen *unicum* legibus Imperii et vitae et bonorum dispendio simul notatum, excepisse. Quod quidem, quatenus LYNCKERVS (§. VIII. not. b.) CARPZOVIVS (§. IX. not. a.) atque inter recentiores B. Io. Petr. de LVDEWIG e) iam viderunt atque defenderunt, eatenus et ego eorundem in sententiam ire propter rationes adlegatas nullus dubito, tamen a ratione, qua lectioni legis laboranti subuenire et verba Imperatoris interpretari conati sunt, longissime recedam. Id quod quilibet euidentiissime intelliget, qui rationem interpretandi, quam praemissis observationibus hactenus expositis nunc sine mora proponam, introspicere haud grauabitur.

### §. XV.

#### *Ipsa interpretatio proponitur.*

Nimirum, quoad ego coniectura augurari possum, Imperator regulam illam de intermittendo in futurum confiscationis in sententiarum capitalium

e) In der Erläuterung der goldenen Bulle tit. 24, §. 3, tom. II, p. 391.



talium consequentiam abusu, quam omnibus lubentissimis, in hoc loco tradere voluit, non una, sed duplici orationis figura proposuit, neutra quidem vitiosa aut inconfecta, attamen ab altera maxime diuersa. Primum scilicet regulam illam per *modum exclusionis*, hoc est, ita proponere coepit, vt casum, in quo cum poena capitali bonorum ademptio iuste coniungeretur et quem adeo a prohibitione sua excludi vellet, tantummodo expresserit, eadem fere ratione, qua vsus fuit LVCIVS TITIVS apud SCAEVOLAM: a) *Onesiphore, nisi diligenter rationem excusseris, liber ne esio.* Sicut enim hisce verbis libertatem *adimi* potius, quam *dari* statuit Scaeuola; ita quoque verbis Imperatoris, quatenus regulam per exclusionem definiuit, vsus confiscationis *prohibetur* potius, quam *permittitur*. Verba huc pertinentia sunt: *so cyn Vbeltheter aufferhalb des lasters vnser beleidigten Majestet vom leben zum todt gestrafft.* Deinde ad clarius significandam rationem, quare morem istum antiquum promiscuae confiscationis eliminare statuisset et simul ad curatius definiendum, ad quanam crimina capitalia prohibitio pertineret, simul quoque alterum modum adhibet et eandem regulam per *viam positionis* his verbis tradit: *in fellen, so der vbeltheter leib vnd gut nit verwirckt, vom leben zum todt gestrafft*, eaque per particulam *oder* prioribus adiungit, non alia multum ratione, quam qua quotidie agere solent homines, qui aliis rem quamdam explanaturi, optimam et planissimam tradendi methodum quaerunt, et optionis difficultatem sentientes, pluribus ad eandem suam sententiam declarandam loquendi formulis vtuntur, vt, quem mentem suam perspicere cupiunt, ex pluribus quasi eligat dicendi modis, quo res sibi fiat clarissima. Isti vero, sicut in hoc casu particulam *oder* cum in finem plerumque adhibere solent, ita etiam CAROLVS Imp. hac particula eundem in modum vsus videtur, vt adeo haec *coniunctio* non ad *materiam* orationis, id est, ad crimen laesae maiestatis et alia forsitan crimina capitalia, sed potius ad solam tantum *formam* orationis, hoc est,

ad

a) In L. 59. §. 3. D. de manum, vindict.



ad modum regulam illam proponendi diuersasque loquendi formas conueniendi pertineat. Qua re fit, vt sensum huius loci vniuersum παραφρασεως ita fere redderem: *Item an etlichen Orten, so ein vbeltheter außserhalb des lasters vnser beleidigten Maiestet, oder, deutlicher vnd genauer zu reden, sunst vnd außser diefem Verbrechen in andern daselbe nicht betrefsenden fellen, so der Vbeltheter beides leib vnd gut zugleich, vermöge ausdrücklicher Gesezze nit verwirckt, vom leben zum todt gestrafft wird, werden Weib vnd Kinder an Bettelstabe vnd das gut dem Herrn zugewiesen.* Quemadmodum vero hac interpretatione non solum nihil in verbis mutatur, sed etiam reliquae, quae interpretes vexare solent, difficultates omnino cessant; ita veram quoque atque genuinam hanc fuisse Imperatoris mentem, equidem certissimum habeo. De cetero et hic moram inferre non possunt duo vocabula *sunst et andern*, siquidem formulam posteriorem, qua rem clarius proponere et determinare voluit, cum priori vno orationis filo coniunxit adeoque verbis memoratis propterea vsus est, quod in priori formula crimen maiestatis, ad quod illa euidentissime se referunt, iam expressum erat.

## §. XVI.

*Dubia nonnulla remouentur.*

Superfunt tamen quaedam adhuc dubia aduersus hanc nostram interpretationem paucis exponenda ac remouenda. Omnia autem illa eo fere tantum tendere videntur, vt adfertur, quod interpretationem nostram regit vniuersam, scilicet, non *plura crimina capitalia*, sed *unum* solummodo laesae maiestatis crimen esse exceptum, vires perdat veritatique repugnet. *Primum* scilicet B. de BOEHMER a) CARPZOVIO obiicit: in ipsa *ne* *me si*

a) ad Carpzonium cit. obs. III, et ad C. C. C. cit. art. 218, §. 2, u. 2.



*mesi Carolina* locum de authochiria *b*) *plura* omnino crimina, in quibus confiscatio locum haberet, euincere, nec de *solo* maiestatis crimine intelligi posse. Quod cum et in meam interpretationem pariter conuenire video, hic paullo curatius refellere necessum habeo. Iam licet *1*) verum quidem omnino sit, *plura* praeter laesionem maiestatis dari *crimina*, in quibus confiscatio, nunc vniuersalis, nunc particularis, secundum *leges Imperii* obtineat *c*); neque etiam recte diffiteri quis possit, in adlegato loco de propicidio, quatenus nempe ille propter rationis similitudinem de eo quoque casu, si crimen *sola* confiscatione expiandum commissum fuerit, intelligi debet, de *pluribus*, praeter maiestatis crimen, criminibus Imperatorem cogitasse, quae publicationi bonorum authochiri locum facerent; tamen *2*) nec hic nec alius quisquam locus *plura* praeter crimen maiestatis *capitalia* crimina euincit, in quibus a propicida commissis pariter locum habcret confiscatio bonorum ipsius, quin potius *3*) quum etiam hic non definiat Imperator, quatenam sint illa crimina, in quae *leges imperii* cum ipsa poena *capitali* simul *confiscationem* constituisent, sed *generaliter* tantum loquatur; certe non adparet, in aliis, praeter maiestatis crimen, a propicida commissis criminibus capitalibus, confiscationem bonorum ipsum exequendam statuisse, cum hac ratione casus, in quibus per *leges* cum poena mortis coniuncta fuerit confiscatio, ex aliis *suo tempore iam existentibus* legibus supponat, de quibus tamen, citra illas, quae de maiestatis crimine praecipunt, nihil omnino constat. Multo minus II, locus de confiscatione partis bonorum bigami exemplo constitutionis nostrae de a. 1521. infertus, hic quidquam facit, partim cum, vti vel *sola* illius inspectio docet, *crimen bigamiae*, licet vulgo pro *capitali* haberi soleat, per ipsa tamen illius verba *ultimo supplicio* expiandum haud est; partim et hoc potissimum quidem, quoniam illud, qua proiectum, quod legis aucto-

*b*) *Art. CXXXV.*

*c*) Videndi causa *A, B, tit. I, §. 2.*

*Ord. iud. cam. P, II, tit. 20.*



auctoritatem non obtinuit, considerationem plane nullam meretur. Maiorem scrupulum iniicere videtur III. quod crimina *nonnulla* praeter maiestatis crimen, legibus imperii, Carolina sanctione *antiquioribus*, bonorum dispendio submisia fuerint. Primum in scenam produxit Perill. BOEHMERVS d) fractionem pacis et quidquid *proscriptione* expiandum e). Aliud exemplum est: si quis *Imperatori et Imperio rebellet*, vel *illis bellum ingerentibus se adsociat* f) nec non *rebellio* adversus *regem Romanorum* aut *statum quemdam imperii* g). Enimuero ne haec quidem adeo multum sententiae meae repugnant. Quod enim ad *crimen fractae pacis publicae* attinet, non solum *coniunctio poenae capitalis* et *confiscationis*, quam banni poena comprehendit, plane exulat, siquidem prior non nisi *privatis* iisque praesentibus; posterior autem *proceribus imperii* atque hominibus *privatis absentibus* tantummodo irogetur; verum etiam hoc fractae pacis crimen, prouti prae aliis iam vidit acutissimus KRESSIVS h), respectu *privatorum* in territorio, ubi domicilium habent, ne committi quidem aut cogitari potest *absque specie criminis laesae maiestatis*, quod Imperator noster hic diserte excepit. Quid quod, ipso consentiente BOEHMERO i) *constitutio illa de pace publica*, quae proscriptionem, hinc confiscationem bonorum delinquentibus minatur, primario in odium non *privatorum*, sed *potentiorum* potius emanasse videtur.

Pro-

d) *medit. ad const. crim. Car. l. c. §. 7.* quilibet vidit fieri non posse, cum ipsa extr. et ad Carpz. l. c. obs. III, et hoc proscripio crimen non fit, sed *criminis* quidem per R. I. de a. 1521. tit. II ubi *coercitio.*

in crimen fractae pacis publicae *confiscationis* poena diserte statuitur. f) *Const. vom gemeinen Pfenning de a. 1459. tit. XIV.*

e) Ita quoque omnino, vel me non g) *R. I. de a. 1515. §. 44.*

monente, intelligendus est, quando *medit. ad C. C. l. c. §. 2. n. 2.* ipsam h) *l. c. ad art. 218. §. 3. not. i. n. 5. p. 793.*

*proscriptionem* huc refert, quod nempe i) *medit. ad C. C. C. arr. 120. §. 5. p. 540.*



*Proscriptio* ceterum, quamquam sua natura confiscationem honorum delinquentis comprehendat, *k)* *capitalem* tamen poenam per se coniunctam minime habet. Neque maiorem dubitationem iniiciunt reliqua duo, quorum ex *KRESSIO* mentionem feci, exempla. Nec enim de his secus sentiendum existimo, quoniam haec quoque criminis laesae maiestatis speciem constituent aliquam, adeoque diuersam ab ea, quam habet Carolina in praesenti loco, exceptionem haud contineant. Neque magis negotium facessit *IV.* quod laudatissimus *BOEHMERVS* putauerit, interpretationi *CARPZOVII* adeoque nostrae quoque, verba Imperatoris *leib und gut nit verwirckt* perpetuo obstaculo esse, quum nulla ratio adpareret, cur laesa maiestate, tamquam *unica* ex criminibus *capitalibus* specie, excepta, ad sola *non capitalia*, qualia scilicet verba prae se ferrent, regulam restrinxisset, omisso quod in *reliquis capitalibus* circa confiscationem obtinere debeat, quod non modo legis *imperfektionem*, sed magnam etiam *socordiam* saperet; cum enim crimine maiestatis nec *omnia* omnino crimina, quaecumque poena expianda, nec *reliqua* quidem *capitalia* opposuisset et de iis edixisset, quin potius orationem diserte ad genus criminum *non capitalium* restrinxisset, dici plane non posset, eum de *solis capitalibus* sollicitum fuisse et in his confiscationem tantum proscriptis. Etenim *I)* ne id quidem dici potest: in hoc loco verbisque adlegatis, Imperatorem ad crimina *non capitalia* respexisse et quid in illis ratione confiscationis obtinere debeat, edixisse. Id ipsum enim non tantum ex verbis Imperatoris nullo modo extorqueri potest; sed etiam inutile fuisset et a ratione legis maxime alienum, cum, ipso dicente *BOEHMERO I)*, de exuuiarum collectione in *non capitalibus* quaestionem vnumquam motam aut litiga-

*k)* *Ius prou. Sax. L. I. art. 38. Ius Lud. Bernb. de zech de proscriptioe Alemann. c. 160. 176. Capit. Caes. art. statuum I, R, G. XX. §. 8. Aug. Gorb. HILLIGER de praecipuis banni imperialis capitibus. I) ad C. C. C. l. c. §. 3. p. 248.*



litigatum fuisse, plane non constet, neque etiam iure suo circa confiscationem in *non capitalibus abusus* fuisse iudices dici queat, sed potius certum fit, *extensionem* illius iniquam *capitalibus* tantummodo propriam fuisse, et, si aliquando ea sine mortis supplicio ob specialem legis dispositionem suscepta, hanc legibus convenienter, non ex adfectato ausu, quem reprimere vnice voluit Imperator, impositam fuisse. Multo magis ergo 2) falsum est, Imperatorem verbis illis ad *sola non capitalia* regulam *restrinxisse*, hinc legem suam quod ad reliqua praeter laesam maiestatem crimina *capitalia*, imperfectam reliquisse, quin potius ille de *solis capitalibus* criminibus regulam concepit inque his confiscationem tantum proscripsit. Hoc enim non modo luculenter evincunt clara verba: *vom leben zum todt gestraft*, sed ipsa etiam quae vexant, verba *so der vbeltheter leib vnd gut nit verwirckt*, regulam ad non capitalia crimina *restrinxisse* Imperatorem, minime prae se ferunt, quoniam ea, ni quis forte libenter velit sinistram effingere interpretationem, non possunt non ita intelligi: *si legibus specialibus cum supplicio capitali confiscatio bonorum coniuncta non fuerit*. Ut taceam, ne ipsum quidem praedicatum *vbeltheter*, quo hic vitur, iis ordinarie tribui solere, qui criminis alicuius *non capitalis* tantum rei sunt. Quod denique V. idem auctor post fata maxime illustris LYNCKERO opposuit *m*): ordinem verborum ipsi repugnare eumque plus continere, regulam nempe, qua profligaretur in capitalibus confiscatio, et *binas exceptiones*, in quibus iustitia eius vindicaretur; hoc quidem mirabile petitionis principii exemplum capit, quoniam posterius illud ipsum est, quod vnice negamus, et quod ante omnia probandum fuisset.

Quibus ita disputatis, non amplius habeo, *amice Lector*, quo te morer, nisi, quod tum eorum, quae ad interpretandum difficillimum hunc locum

*m) l. c. §. 4. n. 2. p. 249.*





locum ausus sum, si qua forte calculo tuo minus digna deprehenderis, veniam dare velis abs te petam, tum etiam *commilitones honoratissimos* de laboribus certiores faciam, quibus, uti vsque adhuc solitus fui, per *instans* quoque *semestre aestiuum* per officii rationes vacabo. *Publice* nimirum *theoriam processus* atque *hermeneoticam iuris* h. I. alternis diebus explicabo, in utroque propria praecepta in calamum dicenda sequuturus, nisi illius loco *encyclopaediam iuris cum methodologia* ex pereleganti formula celeb. atque excellentiss. SCHOTTII exponi auditores maluerint. *Priuatim* vero more solito h. VIII. *ius germanicum priuatum* secundum elementa elegantissima Generosiss. de SELCHOW; hora IX. *ius criminale* ad Illustr. MEISTERI principia; h. X. et II. *ius digestorum* duce B. Cancellario BOEHMERO, et h. XI. *ius feudale* praeunte Perillustri *Ge. Lud. BOEHMERO* interpretabor. Quas praelectiones uti *suauissimi commilitones*, ut hactenus fecerunt, beniuole frequentare velint, officiosissime rogo. Dab. in Academia Fridericiana Meclenburgica d. XIX. Mart. A. R. S. c1810cclxxvi.





vd18

ULB Halle  
005 353 157




3

*sl*







B.I.G.

Farbkarte #13

*Loewenstern*

7

275

1776,1

DE  
BONORVM PVBLICATIONE  
IN SVPLICIORVM CONSEQVENTIAM  
NEMESI CAROLINA SVBLATA.



AD INTERPRETANDVM  
ART. CCXVIII. CONST. CRIM. CAROL.  
CONIECTVRA

VNA CVM

INDICE PRAELECTIONVM

PER SEMESTRE AESTIVVM HABENDARVM

PROPOSITA

A

NICOLAO GEORGIO BERNARDO  
DE LOEWENSTERN. D.



BVETZOVII c1c1cc1xxvi.

